

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rahn Heinrich Schuckmann

**Disputatio Inauguralis, De Primo Et Secundo Decreto**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766450767>

Druck Freier  Zugang





Ja - 1143 1-58.  
Z 16.76.2



42. f. 2



DISPUTATIO INAUGURALIS,  
 DE  
**PRIMO ET SECUN-**  
 DO DECRETO,

*Quam*  
**AUXILIANTE DEO,**

Ex consensu & autoritate Nobilissimi ac Amplissimi  
 I<sup>c</sup>torum Collegij in illustri Academiâ Rostochiensâ

patriâ,

PRÆSIDE,

*VIRO Amplissimo & Consultissimo*

**DN. HEINRICO Raßnen/**

J.U.D. Professore Publico, Consistorij

Ecclesiastici Ducalis Assessore, p.t. Facul-  
 tatis Juridicæ DECANO  
 spectabili,

*Dn. Praeceptore ac Fautore suo pl.  
 honorando,*


*Pro Summis in utroq; Jure Privilegijs & Honoribus  
 Doctoralibus consequendis,*

*Publicè in Auditorio majori, die 14. Octobris, horis matu-  
 tinis & pomeridianis examinandam  
 proponit*

**HEINRICUS Schuckman/**  
 Rostochiensis.

**ROSTOCHII,**

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
 Anno 1647.



VIRO AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

DN. HEINRICO Schuckman/  
J. U. D. Codicis in Academiâ Rosto-  
chienſi Professori Publico, Consistorij  
Ecclesiastici Ducalis Assessori,


DN. PARENTI meo charissimo,  
& omni honoris ac observantiae  
cultu suspicio

Cui post Deum in studiorum meorum cursu primum  
Et summum meritò acceptum fero, quem-  
admodum publicam meam primam Dispu-  
tationem humiliter inscripsi, sic Et hanc In-  
auguralem animo grato Et obsequentiſimo



dico & offero

Heinricus Schuckman.



35

**B**itemodo Imperator noster sublatam in rem missio-  
nem, (que, teste Cujacio in Parat. ad tit. C. Comm. de  
Legat. & Pacio in Isagog. in eund. herede non exi-  
stente solvendo, fiduci commissorum nomine olim sie-  
bat adversus extraneos possessores) ejus nimirum  
fuisse scrupulosas ambages l. 1. pr. C. d. t. tenebrofissimum errorem  
l. 2. §. 3. d. t. insolubiles circulos Nov. 39. pr. disertis verbis descri-  
bit, ita cum illis plerumq; in possessionem missionibus, qua hoc tempo-  
re frequentantur, comparatum est; quam temere enim & minimè ex  
legum prescripto, aquiraturq; ratione, sed ex imperitiâ sape, præcipi-  
tatione (qua noverca iustitie dicitur in clem. 2. xl. verum quia,  
De sentent. & re judic.) favore & odio postulentur ac impetrren-  
tur, testis est experientia omnium rerum magistra, adeò ut multi con-  
queri necessum habeant, quod contra l. 6. C. Unde vi. & c. qualiter  
17. x. de accusat. indè nascantur injurie, unde jura nascuntur:  
cum autem non eo fine sint ad inventa missiones, propositum mihi est,  
pro Disputatione inaugurali juridicâ, materiam juris de Primo &  
Secundo decreto pertractare, eamq; publico L. L. peritorum judicio  
ac examini submittere; quod ut in ejus solius gloriam felicissimè ver-  
gar, qui omnium in suo nomine institutarum nostrarum actionum  
principium & finis unicus est, in essentiâ unus & in personis unius  
DEVS benedictus in secula, faxit!

#### THEISIS I.

Nititur hæc juris civilis materia non solum naturali æquitate, que  
neminem vult damno affici, vel suo privari: sed etiam Scripturæ sacræ auto-  
ritate, quâ edocemur, solvenda esse creditori debita, exemplo egenæ debitri-  
cis viduæ notatu dignissimo. 2. Reg. 4. vers. in primis 7. & præcedd. & cessante  
in solutione debitore, licuisse olim creditori etiam filios debitoris tanquam  
mancipia habere ac possidere d. 6. v. 1. aut coactum debitorem fuisse, uxo-  
rem, filios & omnia sua vendere, atq; ex pretio indè redacto creditoribus satis-  
facere d. v. 7. arg. cap. 18. Matth. v. 25.

A

II. Decre-

II. Decretum in hanc materiam interlocutoriam judicis sententiam denotat, quia ipse legitimè potenter in possessionem bonorum alicuius mittendum pronunciat, vel possidere juberet.

III. Est vel Primum vel Secundum, quia, quando hoc est interponendum, necesse est ante fuisse illud interpositum, pervenitur enim à primo ad secundum, quamvis interposito primo, non semper & necessariò sequatur secundum, sed omitti saepius debeat.

IV. Primum decretum est sententia interlocutoria iudicis competentis, per quam ipse successorem vel actorem certam ob causam in possessionem bonorum defuncti vel rei, servandæ & custodiendæ rei causam, mittendum pronunciat.

V. Nullibi quidem, quantum mihi perspicere licuit,  $\text{XV}$  p<sup>o</sup> 77 in Jure nostro Justinianeo, vel Pontificio (in Ordinatione enim Cameræ eius fit mentio part. 3 tit. 43.) primum decretum legitur,  $\text{XV}$  diabolus tamen illud clare probatur ex l. 15. §. 16. De damn. inf. diversa enim & distincta sunt in possessionem mitti & possidere juberi, d. l. §. 20. diversis igitur & distinctis concipienda & proponenda decretis.

VI. Definitur per sententiam ex l. 10. pr. verb. ab judiciali sententiâ & passim C. de bonis autor. judic. l. 6 s. 4. verb. ex sententiâ. De bū qui ad eccl. l. 8. s. pen. De prescript. 30. vel 40. ann. eamq; interlocutoriam d. l. 10 § 1. verb. per suam autem interlocationem, fertur enim inter principium & finem principalis causæ super emergenti aliquo, & illam contrario imperio tollere ac repetere judex potest, l. 5. §. 2. Quib. ex causis in poss. c. 28. x. de v. signif. id quod est interlocutoria proprium, in eoq; à definitivâ illa discriminatur l. 14. l. 55. D. de re judic. l. 27. pr. D. de pœn.

VII Sententia hæc ferenda à judice, quia nemini suæ rei ab alio possessæ, multò minus alienæ possessionem propriâ autoritate ingredi & invadere licet. l. 7. C. Unde vi. § 2. Instit. de vi bon. rapt. sed duntaxat prætore autore l. 11. D. de acquir. vel amitt. possib; aut voluntate eius, ad quem res pertinet, vel nudâ l. 1. § 14. D. quod legat. vel à prætore roborata l. 3. C. de pignorib; justè quis possidet.

VIII Judex a. iste competens esse debet, l. 5. C. de bon. autor. jud. d. l. 10. verb. competens, eod. lata siquidem à non suo judice sententia nullam obtinet firmitatem, c. 3. x. de consuet. c. 4. pr. x. de judic. t.t. C. si à non compet.

IX. Talis competens olim erant Prætor (cujus nomine vniunt magistratus l. 3 §. 1. D. de reb. eorum qui sub tut.) Præses provincial. l. 12. Quib. ex causis in poss. l. 4. §. 3. De damn. inf. & quibus ab his potestas hæc delegabatur, magistratus municipales l. 11. d. l. 4. d. 8.

X. Hodie

X. Hodie sunt omnes judices l. i. & 2. De prætor. pign. tam ordinarij seculares l. properandum 13. § 3. verb. sive ipse judex ex sua jurisdictione, C. de judic. veluti Carnes imperialis Præses & Assessores Ord. Cam. part. 3 tit. 43. pr. pares curiae, si inter vasallum & dominum lis sit 2 Feud. 22. & ecclesiastici, summus scil. pontifex c. ii. §. præterea x. de offic. jud. ordin. archiepiscopus c. i. §. contrabentes, De foro compet. in 6. quām delegati, cum enim potestas deceraendi missionem in possessionem sit mixti imperij l. 4. l. i. D. de jurid. alijs mandari legitimè potest, l. 4. § fin l. fin. D. de offic. ejus cui mand.

XI. Recensiti hi judices non prouersus ex officio primum decretum interponunt, sed ad petitionem & postulationem mitti volentis c. fin. & de eo qui mit. in poss. l. 4. § 8. De damn. inf. Ord. Cam. d. loc. factam pro tribunali, non alibi d. l. 4. juncta l. pen. De Justit. & iur.

XII. Petere & postulare ut mittantur, possunt successor tam universitatis quam unius rei l. 24 §. i. De damn. inf. l. i. §. 13. D. quod legat. tot. tit. De ventre in poss. mit. & tit. D. & C. ut in poss. leg. & Actor. Nov. 3 cap. 4. in fin. Ord. Cam. d. loc.

XIII. Successor universalis est, vel nondum natus, ut venter l. i. pr. De ventre in poss. l. i. Quib. ex causis in poss. modò is, si editus vivo patre, jungenetur eidem, d. l. i. §. 13. d. t. De ventre. eq; si in rebus humanis esset, ab integrato erat successurus l. 7. pr. d. t. hujus autem nomine petit se mitti mulier verè prægnans & mortis mariti tempore, & eo quo mitti in possessionem petit, d. l. i. §. i. vel jam natus, ut impubes, cui controversia fit an inter liberos sit l. 3. § 12. D. & tot. tit. D. & C. de Carbon. edit.

XIV. Singulatum rerum successores (qui & ratione cautionis sibi præstandæ instar actorum habentur l. 37. D. de obligat. & actionib. sunt legatarij & fideicommissarij t. t. D. & C. Ut in poss. legat. in specie actor municipiorum l. 12. D. d. t. item privati, adeò quidem, ut si sub contrarijs conditionibus eadem res duobus legetur, uterq; missionem rectè desideret l. 9. § 1. d. t. & si filiofam. legatum vel fideicommissum relictum sit, tam ipse quam pater ejus, ut in possessionem inducantur, petere possint, quia ambo spem commodi habent l. ii. Quib. ex causis in poss.

XV. Actor, cui primum decretum postulare permittitur, is non solum intelligitur, qui verè & propriè actor est, sed etiam qui instar actoris, ita enim distinguitur actio in d. l. 37.

XVI. Instar actoris est successor rerum singularium, de quo supra, & is, qui damni infecti h. e. nondum facti, quod futurum veremur l. 2. De damn. inf. caveri sibi vult §. pratoria. Instit. de divis. stip. d. l. 37. eius rei nomine, quam in bonis habet, vel quæ ejus est periculo l. 18. pr. De damn. inf. cum ex re vicini damnum timet, l. 19. § 1. d. t. v. g. usufructuarius & dominus l.

§. §. fin. d. t. item filius fam. juxta cum patre, vel solus filius. l. 21. d. t. ad quem autem ususfructus rei, ex quā damnum timetur, pertinet, si vicinas zedes habeat, eò quod rem fructuariam tenetur reficere, eāq; boni viri arbitra- tu uti l. 7. §. 2. D. de ususfr. l. 1. pr. Usufr. quemad. cas. is caveri sibi earum no- minc petere non potest. d. l. 18. § 2. sicut nec ille, qui aliquā actione da- maum futuru n, si eveniat, resarcire valet d. l. § 2. & 4. l. 13. § 6. l. 33. d. t. proinde nec illis primum decretum damni infecti nomine impetrare est con- cesso l. 7. d. t.

XVII. Propriè & verè actor hoc loco ille indigitatur, qui agit actione  
1. Reali, eāq; cūm civili, constitutā aut de reb. corporalib. ut hereditatis petitio-  
ne l. 7. §. 18. & seq. Quib ex causis in poss. juncta l. 25. § 15. D. de hered. pet. rei vin-  
dicatione d. l. 7. §. 16. & seq. c. fin. §. fin. Ut lite non const. aut de incorporalibus,  
ut confessoriā, negatoriā l. 18. Si servit. vindic. cūm prætoriā præjudiciali, veluti,  
si impuberi controversiam faciat, an inter liberos sit l. 3. §. 7. 10. & 12. & tot. tit.  
D. de Carbon. edict. juncto §. præjudiciales Inst. de Actionib. 2. Personalis, descen-  
denti ex contractu, aut vero, initio non tantum cum eo, quis sui juris est, l. 51.  
D. de re judic. l. 6. pr. Quib. ex causis in poss. sed & cum eo, qui in alienā est  
potestate l. 7. § 15. d. t. l. 50. D. de pecul. aut ex quasi contractu, veluti nego-  
tiorum gestorum l. 9. C. de bon. autor. jud. poss. communi dividendo l. 3. pr.  
Quib. ex causis in poss. vel ex delicto l. 2. § fin. Si ex nox. cauf. l. 26. in fin. D. de  
noxalib. actionib.

XVIII. Sive igitur verè actor quis sit, sive instar actoris, non ipse tan-  
tum petere & impetrare missionem potest, sed ejus nomine etiam alij,  
videlicet procurator l. 39. §. 3. De damn. inf. arg. l. 1. §. 20 l. 18. pr. D. de acquir.  
vel amitt. poss. qui mittendus est in possessionem omnino, ut ei procuratoria  
exceptio non noceat d. l. 39. item tutor & curator arg. d. l. 1. §. 20.

XIX. Contra quos autem possit, etsi ex supra dictis non obscurè colli-  
gere licet, majoris tamen evidentiæ ergo indicare saltim placet, peti posse  
missionem vel contra eos, qui sunt intutelâ, veluti pupilli, sive ipsi conve-  
nantur ex contractu proprio, sive ex alieno, videlicet servi, tutoris, defuncti l.  
15. §. 29. De damn. inf. l. 3. §. 1. & seqq. Quib. ex causis in poss. aut in curâ, ut mi-  
niores 25. annis l. 5. D. de reb. autor. judic. furiosi l. 7. § 10. Quib. ex causis in  
poss. prodigi d. l. § 12. vel contra eos, qui neutrō jure tenentur, sive iij sunt  
universi, ut collegia l. 1. § 2. Quod cuiusc. universit. civitates l. 8. eod. sive sin-  
guli, ijq; vel publico munere fungentes, ut legatus seu reip. causâ absens, l.  
26. l. 27. l. 28. § 3. D. de Judic. l. 4. De restitut. milit. l. eum qui, De privil.  
eredit. Tutoris § 9. Inst. de suspect. tutor l. 7. § 2. D. eod. l. 19. § 1. D. de Judic.  
Deput.

Deput. A. de Anno 1600. §. in dem Fall aber, vel privati, velut iis, cuius nomine alius possidet l. 2. Ubi in rem ait. maritus l. i. D. de fund. dot. heredes defuncti, negotiorum gestores alijq; administratores d. l. 19. & deniq; ab ho stibus capti l. fin. De privil. credit.

35

XX. Contra Fiscum non videtur locum habere missio, quia fiscus non solet satis dare l. 1. §. 18. D. ut legat. serv. causa caveat. l. 3. §. 5. Si cui plus quam per L. Falciid. & semper solvendo est l. 2. §. 1. D. de fundo dot. & ideo perinde habetur ac si cavisset d. l. 3.

XXI. Ut tamen contra enumeratos aliosq; primum decretum postulari cum effectu queat, causam adesse oportet legitimam, quam moveatur judex ad decernendum immissionem. Ejusmodi vero est duplex; omissione i. cautionis legatorum, damni infecti, 2. defensionis conventi rei.

XXII. Ex priori ita demum recte petitur missio, quando per legatum auct fideicommissariorum non stat, quo minus de legato vel fideicommissario sive pure (quoniam nonnullas moras exercitio judicij habet l. 15. pr. D. ut legat. causa caveat.) sive ex die, sive sub conditione reliquo l. 14. pr. l. seq. d. t. secundum voluntatem testatoris praestando l. i. pr. d. t. eis caveatur, ut puta, si legatario desideranti (offerri enim ei ab herede satisdatio non debet, l. i. §. 1. D. ut in posse leg. l. 2. §. 1. D. quod legat.) non caveatur, vel ipse non habet, a quo satis desideret d. l. i. §. 1. d. t. ut in posse. Aut quando timenti damnum l. 19. §. 1. De damn. inf. vel ex agro vel ex aerib. vicini l. 38. §. 1. d. t. & de calumnia juranti l. 7. pr. l. 13. §. 3. d. t. intra tempus a praetore per decretum l. 44. pr. d. t. constitutendum l. 4. §. 1. d. t. d. l. 7. de damno vitiis loci non naturali, sed extrinsecus accidenti, 24. §. 2. d. t. futuro d. l. §. 5. & 6 (quod autem casu accidit in stipulationem non venit d. l. §. 4. & seqq.) aliquis suo nomine non repromittit, vel alieno non satisdat l. 30. §. 1. l. 10. l. seq. l. 13. pr. & §. 1. d. t. aut repromittit & satisdat quidem, sed vitiouse, quoties enim vitiouse cautum vel satisdatum est, non videtur cantum l. 6. D. Qui sati d. eog.

XXIII. Ex posteriori causâ locum habet missio, cum in rem, vel in personam actione conventus reus nec a se nec ab alio quocunq; defenditur, propter absentiam dependentem ex contumacia, vel ex alia causâ: ita enim absentia distinguitur in l. 7. Quomodo. & quan. judex l. 28. §. fin. D. de fideicom. libert. c. 10. in fin. x. de off. & potest. judic. deleg. c. 28. x. de V. signif.

XXIV. Propter absentiam ex causâ non defenditur, vel qui non habet personam in judicio personam, nec est, qui eius defensionem in se recipiat, qualis est pupillus, qui licet praesens sit, tutorem autem non habeat, pro absentie habendus est, l. 10. Quib; ex causis in posse, item furiosus, quippe cuius status

A 3

& habitus

& habitus non multum à pupilli conditione abhorret, l. 7. § II. d. t. minore a  
25. annis l. 5. D. de reb. auctor. vel qui posset quidem ipse judicium accipere,  
sed coactus, non sui commodi causā abest indefensus, ut est reip. causā ab-  
sens l. 4. De restit. milit. hæ omnes enim personæ non propter contuma-  
ciam reputantur absentes & indefensæ, eò quod contra eas propositum pe-  
remptorium nihil momenti habet, l. 54. D. de re judic. quid verò requiratur, ut  
constare possit, illas esse indefensas, describitur in l. 5. § 1. Quib. ex causis in  
poss. l. 22. D. ex quib. causis major.

XXV. Propter absentiam per contumaciam indefensus judicatur reus,  
quando tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgo perempto-  
rium appellatur, (quia perimit disceptationem h. e. ultra non patitur adver-  
sariorum tergiversari l. 70. D. de Judic. vel extinguit causam t. de illicita § qui-  
cunq. tribus 24. quest. 3.) literis evocatus præsentiam sui facere contemnit. l.  
53. § 1. D. de re judic. 2. Feud. 22. ¶ 24. Si illud ramen, aut malitiosè seipsum  
occultat, aut impedit ne possit ad eum citatio pervenire t. fin. § porrò, ut lite  
non contest.

XXVI. Ut igitur pro contumace haberri reus queat, requiritur primò,  
ipsum à suo judice d. l. 53. § 3. l. fin. D. de juridict. citatum fuisse, pars enim  
non citata non debet contumax judicari c. 34. x. de electione. nec contra inau-  
ditam partem aliquid est definiendum c. 1. x. de causā possess. & propriet. l. 1.  
§ 3. Quæ sentent. sine appell. c. 8. n. de major. & obed.

XXVII. Secundò, citatum fuisse terris denunciationibus l. 9. Quomo-  
do & quan. judec vel peremptorio edicto d. l. 53. d. 14. de illicita & cap. fin.  
id est, sub comminatione, judicem absente etiam diversa parte cognitorum &  
pronunciaturum l. 71. D. de judic. non itaq; ad arguendam alicujus conta-  
macciam simplex citatio sufficit, de quâ in l. 68. & seqq. d. 1. Nov. 112. cap. 3.

XXVIII. Tertiò, edictum peremptorium in notitiam ejus pervenisse,  
ad quod probandum opus est relatione nuncij jurati. Ord. Cam. part. 1. tit.  
38. § vnd soll der Vost & paßim vel Notarij caſarei d. Ord. Cam. part. tit.  
39. § fin. Reces. imp. de Anno 1512. ultimo, cap. von Verkündigung der  
Käyserlichen Brieſen s. fin.

XXIX. Quartò, reum vel impedire ne ad se citatio perveniat, vel rece-  
ptà peremptoriā citatione judici se non exhibere die præfixo, vel malitiosè ad  
circumscribendum & fraudandum actorem, l. 9. C. de bonū auctor. l. cum  
qui circa, De privileg. eredit l. 7, §. 2. Quib. ex causis in poss. ear. seipsum oc-  
cultare & latitare c. fin. §. porrò, ut lit. non contest.

XXX. Hoc itaq; modo & ratione si in primâ vel secundâ instantiâ Ord.  
Cam.

35

Cam. part. 3. tit. 43. & 44. contumax existat fugiens, vel etiam ejus procurator seu responsalis (nam propter contumaciam quoq; ipsius procuratoris missio decernitur in bona principalis l. 17. De dignit. arg. c. 1. in fin. Ut lit. non contest.) accusanda ab actore est & docenda coram judice illius contumacia b. 13. §. 2. C. de Judic. Nov. 53. cap. 4. in fin. eo quidem loci, ubi ipse vel ratione domicilii vel contractus l. 1. 2. 3. D. dreb. autor. judic. vel rei sitæ l. unic. Ubi de hered. agat. (his enim modis regulariter quis forum sortitus c. fin. x. de foro compet.) defendi debebat d. l. 1. L 19. §. 1. D. de Judic. d. l. unic.

XXXI. Judex facta accusatione contumacie & propterea petitâ missione ante litem contestatam c. 3. Ut lit. non contest. arg. rubric. d. t. juncto cap. fin. §. fin. (nam postlitis contestationem in causâ principali proceditur) prævia tam in reali quam personali actione summaria causa cognitione & disquisitione l. 2. in fin. Ubi in rem actio l. 8. Quib. ex causis in poss. Nov. 53. cap. 4. in fin. l. 9. verb. & eum esse C. de bonis autor. judic. l. 18. Si servit. vindic. (quæ similiter requiritur quando vel impubes ex Carboniano edicto in possessionem mittendus l. 1. pr. l. 3. §. 4. D. de Carbon. edit. vel venter, qui cum liberis admittitur l. 7. §. 1. De ventre in poss. mit. vel legatus legatorum servandorum causâ arg. l. 3. §. 1. D. ut in poss. legat.) & maturâ deliberatione l. 3. C. de procurat. præstitoq; ab actore vel petitore juramento calumniæ arg. l. 7. pr. l. 13. §. 3. & 13. De damn. inf. l. 15. D. ad exhib. (de calumniâ enim ante litem contestatam rectè etiam juratur c. fin. §. fin. De juram. calumn. in 6.) reum contumacem pronunciat, & in possessionem earum rerum, de quibus quæstio vertitur, decernit missiōnem c. fin. x. de eo qui mit. secundum natu- ram cuiusq; intentatæ actionis.

XXXII. Si enim hereditas petitur, in possessionem vel earum rerum, quas reus pro herede, vel pro possessore possidet, vel propriorum ejus bonorum, si dolo fecit, quæ minus res hereditarias possideat l. 7 §. 18. & 19. Quib. ex causis in poss. hoc est, facultatem restituendi habeat l. 1. § 7. D. quod legat. Si res vindicatur in possessionem rei petitæ c. 3. c. fin. Ut lit. non contest. c. 2. n. de eo qui mit. v. g. fundi d. l. 7. § 17. Si servitus vindicatur in bonorum ad- versarij possessionem l. 18. Si servit. vindic. decernit missio.

XXXIII. Si personali quis experit, siquidem speciem certam petit, in ejus possessionem, si vero quantitatem pro modo seu secundum mensuram declarati debiti, in possessionem non quorundam, sed omnium bonorum ad- versarij inducendus est l. 6. § 4. De his qui ad eccles. c. fin. in fin. Ut lit. non contest. Nov. 53. cap. 4. in fin. sive ea sint corpora mobilia, immobilia & se moventia, sive jura, ut actiones debitori competentes, item nomina d. c. fin. d. l. 6. l. 1. De præ-

pign.

pign. in quæ hoc modo fit missio, ut judex debitum conscientibus arg. l. 15. §. 18.  
D. de re judic. interdicat, ne solvant creditori arg. l. 2. Quando Fiscus vel pri-  
vat. talis autem missio arresto perquam similis est.

XXXIV. Super rebus verò, quæ apud defunctum vel debitorem depo-  
sitæ vel ei commodatae sunt, (quia non harum proprietatem, nedum posse-  
sionem habuit, l. 8. & 9. D. Commod. l. 17. § 1. D. depos. item quæ ad cultu-  
ram agri pertinent l. 8. C. quæ res pign. vel hyp. ut sunt, servi aratores, boves  
aratorii & instrumentum aratorium l. 7. d. t. vel animalia, quibus semina ad  
agrum portantur c. fin. Detreugā & pace (quia hæc congruā & perpetuā treu-  
gā sive securitate lætentur d. c. fin.) interponi primum decretum jus non per-  
mittit, l. 5. §. 10. D. ut in poss. legat. l. 1. § 4. Ne vís fiat ei & d. l. 8.

XXXV. Hisitaq; exceptis, in possessionem cæterarum rerum, sive in ter-  
ritorio, sive extra territorium jus dicentis sint sitæ c. i. §. contrabentes Defore  
comp. in 6. & sive universitatis sint l. 1. § 2. l. 8. Quod cuiuscunq; universit. sive  
singulorum, quo in numero est servus l. 2. § 1. Si ex nox. causa l. 26. in fin. D.  
de noxal. actionib. Feudum 2. Feud. 22. bona pupilli l. si pupillus & l. fin. De pri-  
vileg. credit. ecclesia c. 1. x. de eo qui mit. in poss. decernitur missio, quando  
per contumaciam vel ex aliâ causâ judicio abest reus & non defenditur.

XXXVI. Cum verò non præstatutus cautio legatorum servandorum cau-  
sâ, legatarius in possessionem quidem omnium (licet minima res legata sic  
l. 13. D. ut in poss. legat.) hereditariarum rerum omnimodo veniet, h. e. ea-  
rum, quæ in causâ hereditariâ manent, earum autem, quæ in causâ heredi-  
tariâ non erunt, non aliâs mittuntur, quam si dolo malo in eâ causâ esse de-  
sierunt, nec semper, sed causâ cognitâ l. 5. §. 5. l. fin. D. ut in poss. legat.

XXXVII. Neq; tantum in earum rerum possessionem, quarum pro-  
prietas ad heredem ex personâ defuncti pertinet, sed etiam in quibus ipse jus  
aliquid haberet, ut sunt fundi vestigales, pignora testatori data l. 19. pr. l. 11. De  
damn. inf. l. 30. D. de noxal. actionib. & quas bona fide possidet d. l. 3. §. 6. &  
seqq. in rem autem heredis, licet nullæ sint hæreditariæ, mitti non potest, sed  
ipse legatarius per prætorem denegatas heredi actiones persequetur l. 10. d. t.  
Ut in poss. leg.

XXXVIII. Aliquando tamen in propria heridis bona Legatarii sunt  
mittendi, si scil. post sex menses, quam aditi pro tribunali fuerint hi, quorum  
de eâ re notio est, in satisfactione h. e. in præstatione & exsolutione legati  
d. l. 5. §. 17. cessatum est, id quod constitutione d. l. §. 23. Divi Imperatoris  
Antonini Augusti continetur, quæ extat in d. l. §. 16. & confirmatur ab Alex-  
andro in l. 6. C. cod.

XXXIX.

XXXIX. Deniq; cum damni infecti non cayetur, non universorum bonorum nomine sit missio, sed reitantum sive totius, sive partis l. 4. §. 1. De damn. inf. quæ ruinosa esse videtur l. 15. §. 11. d. t. & de quâ damnum timetur l. 1. Quib. ex causa in pos. vel jam post decretam missionem factum est d. l. 15. §. 34. hæc tamen distinctio ex legibus est observanda, ut si ex ædibus etiam vectigalibus d. l. 15. §. 26. damnum timetur, in totas ædes d. l. §. 12. (nisi tam ampla domus sit, ut & spatia inter vitiosam partem intercedant & eam, quæ vitium non facit, tum enim in solam partem ruinosam d. l. §. 13.) Si vero agri nomine non cayetur, in eam saltim partem fiat missio, ex quâ periculum timetur, ejusq; rei ratio hæc est, quod in ædificiis partes quoq; reliquæ à vitiosa parte traherentur, at in agris non idem est l. 38. §. 1. d. t.

XL. In quæ bona mittendi sint venter, vel ex Carboniano edicto impubes (qui neq; ob contumaciam, neq; ob non præstatam cautionem, sed propter solum favorem l. 1. §. 15. De ventre in pos. impetrant primum decretum) super vacuum est pluribus loco designare, cum illud ex tit. D. & C. de hac maternità tractantibus facilè cuiquam obvium sit, vel fieri possit.

XLI. Secundum suprà thes. 30. præfinitam formam & super modò designatis rebus interposito primo decreto, qui id impetraverunt, rei servandæ c. i. X. de eo qui mit. Nov. 53. cap. 4. in fin. vel custodiæ causâ c. 2. De sequent. poss. ut missionem passo saltem tædio perpetuæ custodiæ cautio extorqueatur l. 5. pr. D. ut in pos. legat. vel ut tædio affectus reus veniat responsurus c. fin. Ut lit. non contest. introducendi sunt in possessionem; & vel non admittuntur, vel admittuntur, vel admissi expelluntur.

XLII. Si non admittuntur, pignoribus quidem à magistratu captis non coercentur prohibentes l. 4. §. 2. De damn. inf. sed contra eos uti licet, vel extraordinariâ executione à judice iure suæ potestatis, aut per manum militarem l. 3. pr. & §. 1. Ne vis fiat ei. arg. l. 68. D. de Rei vindic. aut per viatorem, per officialem, aut per magistratus l. 5. §. 27. D. ut in poss. legat. faciendâ: vel judicio, eoq; tam petitorio, videlicet in factum actione l. 1. pr. l. 3. §. 2. Ne vis fiat ei. l. 4. §. 2. De damn. inf. ei, qui suo vel alieno nomine prohibitus est in possessionem venire l. 2. d. t. Nev. vel heredi eius l. 17. §. 3. d. t. De damn. adversus prohibentem suo nomine, veluti pupillum l. 18. §. 13. d. t. vel alieno, Procuratorem scil. d. l. 17. §. 1. actorem municipum, tutorem cæterosque qui pro alijs interveniunt d. l. §. 2. vel deniq; mandatum d. l. 18. §. 14. in id perpetuò d. l. 17. §. 3. competente, ut tantum præstetur ei, quantum præstari oportere, si de eâ re cautum fuisset, l. 15. §. fin.

l. t. l. 14. §. 1. Quib. ex causis in poss. vel quanti ea res est, de quā agitur d. l. pr. hoc est, quantum creditori interest possessionem habere l. i. §. 5. Ne vñ fiat, quām possessorio, interdicto scil. Ne vis fiat ei, tot. d. t. non autem interdicto unde vi, qnod non alij, quam ei, qui possidet, competit l. i. §. 45. D. de vi & vi arm. sicut nec ex eādem ratione, uti possidetis interdicto l. 3. §. 1. D. uti possidet.

XLIII. Circa non admissum ex reali actione missum hoc singulariter notandum est, quod etiam si per dolum vel potentiam adversarij intra annum rem custodiendam nancisci non potest, post lapsum anni, ne de suā militiā commodum reportet reus, verus nihilominus constituatur possessor c. 9. x. de dolo & contum.

XLIV. Si admittuntur ex primo decreto missi in possessionem, varij & multiplices ex eodem effectus sequuntur, in personā missi, missionem passi, & tertij.

XLV. Quā missorum personas considerandi veniunt effectus communes & peculiares.

XLVI. Communes potissimum sunt sequentes, Primus, quod non possideant, sed tantum custodiam & observationem rei, ita ut sine ipsis nihil fieri possit, habeant sibi concessam l. 3. § fin. D. de acquir. poss. l. 12. Quib. ex causis in poss. vel in possessione custodiz causa sint, cum aliud sit possidere, longē aliud in possessionem esse l. 10. §. 1. d. t. de acquir. vel amit poss. l. 5. §. 1. D. ad exhib. quamvis possidere & missi dicantur l. 5. princ. & §. 2. D. ut in poss. legat. l. 114. §. 12. De legat. 1. intellige naturaliter, ut fructarius l. 12. D. de acquir. poss. non civiliter, & ideo, nec dominus decadere cogitur possessione l. 15. §. 20. De damn. inf. nec à missō expelli potest l. 5. pr. D. ut in poss. legat. quod tamen, si civiliter possideret missus, utiq; fieri deberet, eo quod plures in solidum eandem rem possidere eodem modo non possunt l. 3. §. 5. D. de acquir. poss. l. 5. §. 15. D. commodati. l. 19. D. de precario c. 9. verb. cum duxit de probat.

XLVII. Secundus, quod non teneantur discedere possessione, antequam præstata cautio, damnum refartum, impensæ refusæ, quas alioquin in factum actione possunt recuperare l. 15. §. 34. De damn. inf. l. 9. pr. §. 2. & seqq. D. de reb. aut. judic. possid. sed hāc de te infra fuis.

XLVIII. Tertius, quod proprietatem non nanciscantur, l. 5. C. ut in poss. legat. nec unquam pro domino esse incipient l. 5. pr. D. eod. vel dominium rerum adipisci possint l. 8. C. de bon. autor. etiam si longo tempore ex eā causā res tenuerunt, quia sine possessione usucatio contingere non potest l. 25. D. de usurpat. & usucap.

XLIX.

XLIX. Quartus, Quod fructus percipiendo suos non faciant, l. 7. p. 35  
Quib. ex causis in poss. c. 2. De seque. poss. & fruct. custodire tamen eos  
& interdum locate l. 8. s. 1. & seqq. l. 9. §. 6. D. de reb. autor. judic. ac cogere  
debeant, imò si tales sint fructus, quos primo quoq; tempore venire expediat,  
etiam vendere & pretium servare l. 5. §. 22. D. ut in poss. legat. idem iuris est in  
ijs bonis, quæ mora deteriora futura sunt, ut dato & constituto curatore di-  
strahantur l. 7. §. 2. D. de susp. tuior. pretiumq; ex his redactum à missis ser-  
tur. l. si magistratus De privil. credit.

L. Quintus, Quod pignus eis constituantur l. 26. D. de pignor. act. l. 3. §.  
1. D. de reb. eor. qui sub tut. l. 114. §. 12. De legat. 1. quod appellatur præto-  
rium l. 12. D. pro emp. l. 3. C. ut in poss. legat. rubr. De pretor. pign. & non  
alias contrahitur, nisi ventum fuerit in possessionem d. l. 26.

LI. Sextus, Quod pignus retineant, etiam si res pro emptore vel pro  
postiore usucaptæ sint l. 12. d. t. pro empt. l. 2. pr. D. pro hered. res enim  
cum onere & sua causa transit. l. 10. §. 1. De A. rer. dom. l. 12. C. de distr. pign.  
l. 67. D. de contrab. empt. l. 12. §. 1. D. Fam. ercif. l. 3. C. de servit.

LII. Septimus, Quod potiores his habeantur, quibus postea, ubi ipsi  
in possessionem jam venerant, pignus vel ex conventione, vel in causâ ju-  
dicati in ijsdem bonis constitutum est l. 3. C. ut in poss. legat. l. 2. C. Qui po-  
tior. in pign. cum enim de pignore utraq; pars contendit, prævalet jure, qui  
prævenit tempore d. l. 2.

LIII. Octavus, Quod in constituto pignore dolum tantum, non cul-  
pam præstent l. 8. §. 3. D. de reb. autor. jud. l. 15. §. 30. De damn. inf. atq; illud  
alienare & distrahere non possint, l. 5. §. 21. in fin. D. ut in poss. leg. l. 114. §. 12.  
De legat. 1. in quibus ab iis, qui conventionale pignus habent, discernuntur  
l. 9. §. 5. D. de reb. autor. judic. t. t. D. & C. de distract. pign.

LIV. Nonus, Quod cum plures mittuntur, omnes æqualiter sint in  
possessione, l. 15. §. 18. De damn. inf. l. 5. §. 1. l. 40. in fin. d. t. nec qui prior missus  
est, præferatur postea ex eadem causâ misso l. 5. §. 3. D. ut in poss. legat. præ-  
feratur autem ex diversâ causâ postea misso d. l. 5. §. postquam.

LV. Decimus, Quod adversus eos rei vindicatio locum habeat, hæc  
enim contra omnes competit, qui tenent & habent restituendi facultatem,  
l. 9. in fin. D. de rei vindic.

LVI. Undecimus, Quod invicem utili communi dividendo possint ex-  
periri, justa enim est causa possidendi custodiæ causâ l. 4. §. fin. l. 7. §. 6. 8.  
& 9. D. somm. divid.

LVII. Peculiares effectus sunt, quos operatur primum decretum re-  
spectu

spēctu singulorum in possessionem missorum, ventris scil. legatarij, ejus cui  
damni infecti non cavitur, & creditorum seu actorum, de quibus porrā  
dicendum.

LVIII. Ventre misso seu muliere ventris nomine, ea sola, sine quibus  
fœtus sustineri & ad partum usq; produci non possit, mulier sumere ex bonis  
debet, & in hanc rem idoneus curator constituendus est, l. i. §. 23. *De ventre*  
*in poss.* qui cibum, pótum, vestitum, tectum seu habitationem l. 4. d. t. mulie-  
ti & ejus servis d. l. 4. §. 1. præstet, pro facultatibus defuncti & pro dignitate  
ejus atq; mulieris l. i. §. 19. d. t. l. i. §. 4. D. *de munib.* nec ad rem pertinet,  
an dotem habeat, unde sustentare se possit, quia videntur, quæ ita præstan-  
tur, ipsi præstari, qui est in utero l. s. pr. d. t. de ventr. in cuius gratiam & hoc  
constitutum est, ut cum is in possessionem est, nullus legatorum servan-  
dorum causâ in possessionem esse possit l. 2. D. *ut in poss. legat.*

LIX. Si plures legatarij mitti in possessionem desideraverint, omnes vē-  
nire debent in possessionem: is enim, qui ex causâ legatorum possidet, sibi, non  
alij possidet l. s. §. 2. D. *ut in poss. legat.*

LX. Quæ legatorum causâ in bonis est, in causa vescendi deminuet,  
si filia, neptis, proneptis, uxorve esset, nec nupta sit, nec suum quicquam ha-  
beat l. pen. d. i.

LXI. Cuidamui infecti non cavitur, ad hoc primum decretum pro-  
ficit, ut si non fulserit vel refecerit rem, in cuius possessionem missus, nihil ei  
imputetur l. 15. §. 30. *De damn. inf.* & si imperato primo decreto, priusquam  
ipse venisset, ædes corruerint, perinde omnia servanda sint, atq; si postquam  
in possessionem venisset, datum datum esset l. 44 pr. d. t. secus est si veni-  
teneglexerit & ædes interea ruerint d. l. 15. §. 35.

LXII. Creditores vel actores ex personali actione missi hoc consequa-  
tur, quod cutator unus ex creditoribus bonis sit constituendus l. 8. & 9. *Quib.*  
*ex causis in poss.* l. 14. pr. D. *de reb. autor. judic.* & si certi creditores in posse-  
ssionem rerummittantur, alij omnes talia debita prætendentes eadem com-  
moditate potiantur, ut possint cum prioribus rerum detentoribus com-  
munionem in rebus habere, licet missi à judice non fuerint l. 10. C. *de bon. au-*  
*tor.* l. 12. pr. D. *cod. l. s. §. 2. D. ut in poss. legat.* quod tamen secundum mo-  
dum, qui in d. l. 10. præstribitur, accipiendam est.

LXIII. Ex reali verò actione in possessionem missus, post annum, ex quo  
primum decretum interpositum est, verus constituitur possessor c. fn. §. in  
alij, ut lit. non contesti c. 9. x. *de dole & contum.* & fructus lucratur.

LXIV. Missionem passi non amittunt possessionem l. 15. §. 20. *De damn.*  
*inf.*

inf. multò minus proprietatem; de èa enim legitimà defensio ipsis in primo decreto reservatur l. 2. Ubi in rem act. d. c. fn. c. 1. x. de eo qui mit.

35

LXV. Si pupilli sint, usq; ad pubertatem ex suis bonis sunt alendi l. si pupillus l. fin. De privil. cred.

LXVI. Non possunt tres suas recuperare ab auctore, damni infecti misso, & legatario; nisi prius Huic totum legatum exsolverint, l. 18. § 6. D. Fam. ercis, aut eo nomine per se vel suum procuratorem l. 11. D. ut leg. serv. causa cap. satisdederint l. 6. § 1. D. ut in poss. legat. l. 2. pr. D. pro hered. Illi de damno non solùm infecto, sed & de eo quod cottingit, postquam missus est in possessionem item de iempensis ab eo factis caverint l. 15. §. 21. De damn. inf. Iste omne prius damnum salvaverint Nov. 53. cap. 4. in fin & conguam expensarum satisfactionem exhibuerint c. fin. Ut lit. non contest. Simulg; sive reali de re mobili aut immobili, sive personali actione conventi fuerint, vel fideiussoriam, d. Nov. vel in ejus defectum juratoriam arg. Auth. generaliter C. de Episc. & cler. judicio fisi cautionem d. c. fin. coram ordinario, vel si ejus copiam habere nequiverint, coram publicis & honestis personis c. 11. in fin. x. de offic. ordin. vel etiam coram ipso misso e. 1. x. de eo qui mit. intra annum l. 8. § pen. De script. 30. vel 40. an. vel post, si per eos non steterit, quo minus intra annum fieret c. 2. d. t. obtulerint & praestiterint d. c 11. d. c. 1. & d. c. fin. d. 1. 8.

LXVII. Ab eo, qui servitutem vindicat, recipere bona sua aliter nequeunt, quam si servitutem ei constituerint, & praestiterint, si quid detrimenti cepisset, l. 18. Si servit. vindic.

LXVIII. Praestit a. cautione &c. si missi possessione decadere nolint, si quidem praesentes fuerint, vel per contumaciam absentes c. 10. x. de offic. & poe. jud. deleg. 6. 28. x. de V. signif. deliciandi sunt a judeice l. s. §. 2. Quib. ex causis in poss. interdicto redditio d. l. in fin. Quod legatorum l. 1. §. 9. D. quod legat. vel Utip possidetis l. 3. §. 2. & 3. & passim D. uti possid. juncta l. 5. princ. D. ut in poss. legat. l. 15. §. 20. De damn. inf.

LXIX. Ratione tertij efficit primum decretum, ut si alter ex duobus satisficeret, in patrem ejus locum quidem habeat missio, sed qui satisdedit, a misso impediti possit administratione etiam suæ partis, nisi ab altero in assem fuerit satisdatum l. s. §. 11. D. ut in poss. legat. Non autem adimit tertio legatorio persecutionem rei eidem relata, si alius in eam legatorum servandorum causâ missus sit, l. 11. princ. d. 1.

LXX. Hæc de effectibus, qui primum decretum consequantur, si missi in possessionem admittuntur, sive vero admissi expelluntur, competit eis interdi-

B 3

Quum

Quam Ne vis fiat , aut actio in factum l. 1. §. 3 Ne vù fiat ei qui . arg. l. 11. §. 1. D. de pignorib. Quod si alià ratione, sive culpà suâ, sive non, sive fortuito casu possessionem amittunt, eam recuperare possunt actione hypothecaria l. 16. §. 3. l. 71. D. de pignorib. s. item serviana Inf. de. Actionib. junctâ l. 2. De prater. pign.

LXXI. Orane hosce effectus operatur primum decretum, quando justè & legitimè est interpositum ; cæterùm cum cessat & locum non habet, nec efficere quicquam potest, cessante enim causa, cessat effectus c. 26. circa fin. X. dejurejur. c. 60. X. de Appell.

LXXII. Cessat autem nec locum habet illud in legatis, Si certum sit (se-  
cū si dubium l. 1. §. fin. D. ut in poß. leg.) necdum aditam fuisse heredita-  
tem l. 2. d. t. vel à testatore satisdatio remisita heredi l. 6. pr. d. t. l. 2. C. eod.  
vel si legatarius legatum habeat l. 1. §. 2. D. d. t. l. 5. pr. D. de dol. mal. & met.  
except. In damno infecto, si ante interpositum decretum ædes corruerunt  
l. 15. §. 28. l. 44. pr. De damn inf. In actionibus, Si conventus reali actione, qui  
alterius nomine rem immobilem possidet, statim in judicio nominet domi-  
num l. 2. Ubi in rem ait. Si existat aliquis, qui defendere est paratus l. 5. pr.  
Quib. ex causis in poß. eat. Si reus studio actoris venire impediatur, vel alia-  
prohibeatur Nov. 53. cap. 4. in fin. arg. l. 53. §. 2. l. 60. D. de rejudic. aut post per-  
eemptorium, diem suum obierit arg. l. 59. §. fin. D. de rejudic. morte enim rei  
pereemptorium solvitur d. l. Si alterà die post terminum peremptoriū veniat,  
arg. c. 24. X. de off. & pot. jud. deleg. nam peremptorio elapsa pars contu-  
max non est citanda d. c. 24. Si sciens procuratoris contumaciam purget,  
arg. c. 1. in fin. Ut lit. non cont. Si nihil est, quod possideatur, nec unquam quid  
possidendum speretur l. 50. pr. D. de pecul. l. 10. D. Ut in poß. leg. l. 7. §. 15.  
Quib. ex causis in poß. l. 13. D. de reb. autor. judic. vel reus non habeat, unde  
creditoribus satisfaciat arg. c. pen. X. de solut. non enim videtur actionem  
habere, cui propter inopiam adversarii inanis est actio l. 6. D. de dolo malo vel  
ut in cap. 16. X. de restit. spol. dicitur, inanis est actio quam inopia debitoris  
excludit. Si deniq; quis super dignitate vel personatu vel beneficio ecclesia-  
stico obtinendis, cum aliquo litigat possessore : is enim ad partis adversæ con-  
tumaciam , in ipsorum possessionem non est mittendus, ne per hoc ad ea in-  
gressus patere valeat vitiolus c. unic. De eo qui mitt. in poß. in 6.

LXXIII. Cessat ius super, Si lite contestata, vel pro contestata acceptâ (lite nō  
nō contestata regulariter nec testes recipi, nec definitiva sententia ferri potest c.  
1. & 2. & t. tit. Ut lit. non contest.) in causa principali proceditur, eaq; sententia  
definitivâ terminatur c. unic. De eo qui mit. in 6. c. 3. & 4. X. de dolo & con-  
sum.

35

tum, item si ad Bannum vel excommunicationem actor agat e. fin. in fin. Ut  
lit. non contest. cap. 1. & 3. cod. tria namq; remedia actori competunt  
contra contumacem reum, bannum, missio ex primo decreto & per-  
secutio causæ principalis, quorum unum ipse eligere, eoque uti potest Ord.  
Cap. part. 3. tit. 43.

LXXIV. Hactenus Primum decretum, de Secundo deinceps agendum  
est; licet enim hoc in nonnullis cum illo conveniat, in plurimis tamen ab  
eo differt, sicut ex subjectis apparebit.

LXXV. Secundum decretum, est sententia interlocutoria judicis compe-  
tentis l. 10. §. 1. l. 9. in fin. C. de bonis autor. per quam ipse ob nimiam & perse-  
verantem moram atq; contumaciam rei, bona ejus, in qua missus erat actor,  
ab eodem possideri jubet & per hoc distrahi, vel in solutum dari.

LXXVI. Præcipue differentia inter hoc & primum (quas saltim hac vi-  
ce, juxta ordinem & methodum supra observatam recensere & allegare pla-  
cket; quia his intellectis & cognitis, manifesta erit natura hujus, & convenien-  
tia cum primo) in jure nostro inveniuntur sequentes.

LXXVII. Prima, Solus prætor & præses provinciæ secundum decretum  
interponebant, non duumviri l. 4 §. 4. De damn. inf. seu magistratus muni-  
cipales l. 26. D. ad municip.

LXXVIII. Secunda, Non possunt hoc impetrare is, qui habet actionem, sed  
talem quæ per exceptionem repellitur l. 7 §. 14. in fin. Quib. ex causis in poss.  
creditor conditionalis seu in diem pendente eā, & nōdum existente die agens  
ad solutionem l. 14. §. 2. d. t. (secus si ad interponendam cautionem arg. l. 41.  
D. de Judic. ) quemadmodum & in rem agens, quia ex primo decreto, in-  
terveniente annali præscriptione e. 11 in fin. X. de offic. ordin. verus possessor  
constituitur. d. c. fin. §. fin. Ut lit. non contest.

LXXIX. Tertia, Locum habet contrā latitantes l. 2. §. 1. l. 7. §. 17. & seq.  
Quib. ex causis in poss. l. 21. §. 2. D. Ex quib. causis major. non absentes d. II. vel  
eos, quibus perio integrū restitutionem subvenitur, ut sunt, qui sine dolo ma-  
lo (secus si dolō l. 6. §. 1. Quib. ex causis in poss. eat.) reip. causā absunt, mino-  
res curatores non habentes, ab hostibus capti l. 4. De restit. milit. l. 15. §. 22.  
De damn. inf. l. 5. D. de reb. autor. judic. d. l. 6. §. 2. l. fin. §. 1. De privil. credit.  
milites absentes (secus est in præsentibus l. 15. §. 2. D. Ex quib. causis major.) d. l. 15.  
Si tamen Jūdex adversus hos secundum decretum interponat, in integrē re-  
stitutio ijs est indulgenda l. l. 15. §. 22. & 33. de damn. d. l. 15. Ex quib. caus.

LXXX. Quarta, Non statim, ubi milis prætor in possessionem, posside-  
re etiam juber, sed tum demum, cum justa causa videbitur: ergo intervallum  
aliquod

aliquid debet intercedere l. 15. §. 21. De damn. inf. quod licet non incongrue anni spatium esse debere nonnulli arbitrentur arg. c. fin. §. fin. Ut lis. non cont. quia tamen legibus expressum illud non comprobatur, arbitrio judicis hoc determinandum, l. i. §. fin. D. de jur. deliber. arg. l. 13. verb. quod legibus D. de testib. & stylum judiciorum hoc etiam in casu observandum esse arg. §. 6. Inst. de satudat. verius est.

LXXXI. Quinta, Non jubendus aliquis ædes vectigales possidere, quem nominis conductor non cavit damni infecti, quia dominium possidente capere ita jussus non potest l. 15. §. 26. De damn. inf. diversum est in prædio vectigali, si municipes non caverint, tum enim recte interponitur secundum decretum d. l. §. 27.

LXXXII. Sexta, Damni infecti vel personali actione ad certam speciem agentes possidere jussi jure dominii vel pro domino possident, d. l. 15. §. 33. & l. 18. §. 15. eod. ita ut & dominus deiiciendus sit possessione d. l. 15. §. 23. & ipsi per longum tempus possidendo (quia justè possidet qui auctore prætore possidet l. ii. D. de acquir. vel amitt. poss. & in vicem justæ obligationis auctuli succedit auctoritas jubentis l. i. Si in causa judic. pig.) dominium caper posint l. s. pr. l. 15. §. 16. 26. & 27. l. 18. §. 15. De damn. inf. l. 3. §. fin. D. de acquir. poss. non ergo statim post secundum decretum domini efficiuntur d. l. 15. §. 16. in quâ necessariò vocabulum Domini pro possessore accipiendum esse ex contextu satis appetit, neq; ejusmodi significatio adeò infrequens est in iure; usurpatum enim ita vox domini etiam in l. i. De prescript. longi tempor. & siquidem interdum verbum possessionis proprietatem significat l. 78. D. de V. signif. quid prohiberet, quò minus domini appellatione possessor indigitari queat; in primis cum dominia rerum ex naturali possessione cœperint, l. i. §. 14. D. de acquir. vel amitt. poss.

LXXXIII. Septima, Quia b. f. possessor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod dominis prædiorum tributum est, l. 25. §. 1. in med. D. de usu. ris l. 48. pr. De Acquir. rer. dom. & jussus possidere b. f. possessor est l. ii. D. de acquir. poss. ideo fructus percipiendo suos facit l. 7. §. fin. Quib. ex causis in pos.

LXXXIV. Octava, Adversus eum, qui jussus est possidere, pignoratio creditori non competit persecutio pignoris, si neq; debitor repromisit, neq; creditor satisdedit d. l. 15. §. 25. & l. 44. §. 1. eod.

LXXXV. Nona, Si is, qui jussu prætoris cœperat possidere & possidendo dominium capere, aut non admissus, aut ejectus inde fuerit, utile interdictum unde vi vel publicanam actionem habere potest, sed si in factum actione egerit,

35

egerit, his actionibus experiri non poterit, cum prætor id agat, ne damnum faciat actor, non ut in lucro versetur l. 18. s. 15. d. t.

LXXXVI. Decima, Agentes personali ad certam quantitatem, verè possident, sed possidendo non usucapiunt, quia pro debito certo non possunt omnia bona adversarij retinere, sibiq; acquirere; requiritur ergo hoc casu venditio, aut in solutum datio.

LXXXVII. Venditio hâc ratione peragenda est, ut curatore à judice ex creditoribus constituto l. 2. pr. *De Curat. bonù l. 7. §. 10. Quib. ex causis in poss. ad exemplum executionis rei judicatae, primò res mobiles, sed si earum pretium non sufficerit, res soli, & his neq; sufficientibus, jura plus offerenti ve- neant & distrahantur arg. l. 15. §. 2. D. de re judicat. c. ea enim aliàs, hoc Jus 10. quaest. 2. atq; ex pretio inde redacto creditoribus satisfiat secundum mensurā de- clarati debiti, quicquid autem superfluum in pretio inventum fuerit, consi- gnetur per tabularium, & in loco publico deponatur l. 10. s. 1. C. de bon. auter. judic. vel etiam debitori detur l. 7. §. 11. Quib. ex causis. in poss. arg. l. 31. in fin. D. de re jud.*


LXXXVIII. Sin autem res emptorem non inveniant, estimatae à judice creditori dantur in solutum arg. d. c. vers. emptore vero, vel addicuntur eà quantitate, quæ debetur arg. d. l. 15. § 3.

LXXXIX. Undecima, Si ex pluribus in possessionem missis unus eorum sumptum fecerit, deinde jubetur possidere, directo communi dividendo ju- dicio potest sumptum consequi l. 15. s. 19. *De damn. inf. l. 5. l. 7. s. 9. D. Comm. divid.*

LXXXX. Duodecima, Per secundum decretum contingit alienatio non voluntaria, quia non fit ex conventione, sed necessaria, fit enim auctoritate magistratus vel præsidis vel alterius potestatis l. 1. D. de fundo dot. l. 3. §. 1. D. de reb. eor. qui sub. iut. unde & L. Julian de fundo dotali cessare facit d. l. 1.

*Hac de amplissimâ hâc materiâ, in praesentiarum scripta suntos mulèo plura de eâdem scribenda restant, que charta statuto nobilissima Facultatis circumscripta, non capitur.*

DEO SOLI GLORIA.



35







ando quis obscuro loco natus, fraudulatione, nobili alicui familiae se inferebat titulo cognationis ab aliis, vel ejus familiae, nobilibus pecuniam, vel aliquid dicit, vel alio modo eosdem fallat. o 1615. vagabundus quidam homo co-uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
cupans, & ex familia illustri Græcorum i jactans, adjumento intercessionū, quas te impetraverat, in plurimorum prin-  
cis, & civitatibus ingentem pecuniæ & emendicavit; cui postea, ob delicti pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-  
no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-  
, ex nobili familia se natam & bonis mutato nomine à Nobilibus pecuni-  
, pœnam temporalis relegationis in-  
runt. Carpzov. prax. criminal. part. 2.  
iam sequenti num. 41. adducit exem-  
pli assumpto nomine Advocati cuius-  
eius publicè jactayerat, quem postea audia Senatus virgis coedi, & exilio trinvent & hoc exempla relata à Valer,

## XVI.

us est, quando quis, personâ sua pla-  
nen suum mutat, & se pro alio suppo-  
ma apud Historicos aliasq; scripto-  
inter quæ notissimum est illud Plau-  
tâ forma Amphitheatronis, adversus  
nocte quadam, velut è bello rever-  
encubuit. Plura vide apud Johannem

B 3

Cora-

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
Patch Reference number on UTT  
038

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

